

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Resurrectio c  
cum uariis

Ecce surrexit ab antro sepulchri rediuiua caro phenicis quam cynamonia decoxerat pietatis. Granum frumenti quod solum in terra mortificatum est in passione, multum fructum attulit in resurrectione. Solus enim mortuus est, sed solus minime surrexit. Quorum enim sepulchra in eius passione sunt patefacta, horum corpora Christo resurgente sunt de puluere suscitata. Et sicut cum Domino surrexerunt, ita cum eo ascendente eciam ipsi ascendisse creduntur.

Augustinus ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

cynamonia] cinamomum v<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; est *om.* B; in eius] eius in (*cor. intra*) M; passione] resurrectione C